

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0287

Lunedì 18.05.2020

Decreto della Congregazione del Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti sull'iscrizione della celebrazione di santa Faustina Kowalska, vergine, nel Calendario Romano Generale

Decreto della Congregazione del Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti sull'iscrizione della celebrazione di santa Faustina Kowalska, vergine, nel Calendario Romano Generale

"Memoria ad libitum" di santa Faustina Kowalska, vergine, nel Libro del Rito Romano

Decreto della Congregazione del Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti sull'iscrizione della celebrazione di santa Faustina Kowalska, vergine, nel Calendario Romano Generale

Testo in lingua latina

Traduzione in lingua italiana

Traduzione in lingua francese

Traduzione in lingua inglese

Traduzione in lingua spagnola

Testo in lingua latina

CONGREGATIONIS DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

DECRETUM

**De celebratione sanctæ Faustinae Kowalska, virginis,
in Calendario Romano Generali inscribenda**

«Misericordia eius in progenies et progenies, timentibus eum» (Lc 1, 50). Canticum, quod Virgo Maria in

Magnificat fudit, opus Dei salutare contemplan pro genere humano in sæcula, resonavit in conversatione spirituali sanctæ Faustinae Kowalska, quæ, superna gratia largiente, in Domino Iesu Christo misericordem Patris vultum agnovit et sollicita illius nuntia facta est.

Nata in Glogowiec, prope urbem Lodziensem, in Polonia, anno 1905 et mortua Cracoviæ anno 1938, sancta Faustina brevem suam vitam inter Sorores Beatæ Mariæ Virginis a Misericordia egit, semetipsam benigne ad vocationem a Deo acceptam conformans necnon uberrimam vitam spiritualem, donis mysticis atque fidei iisdem congruentia refertam, perficiens. In *Diario* animæ suæ, sanctuario occursum cum Domino Iesu, enarravit quæ Dominus in ea pro omnibus perfecit: aures Illi præbens, qui Caritas et Misericordia est, intellexit nullam humanam miseriam contendere posse cum inexhausta misericordia a corde Christi profluente. Quapropter opus suscitavit ad Divinam Misericordiam in toto orbe terrarum nuntiandam et implorandam. In sanctorum albo adscriptum anno 2000 a sancto Ioanne Paulo II, nomen sanctæ Faustinae brevi tempore toto in orbe cognitum est, promovens in cunctis ordinibus populi Dei, id est Pastoribus et christifidelibus laicis, invocationem Divinæ Misericordiæ atque illius fide dignum testimonium in vita credentium.

Itaque Summus Pontifex Franciscus, petitiones et postulationes Pastorum, religiosarum religiosorumque necnon consociationum fidelium accipiens, perpensa vi sanctæ Faustinae spiritualitatis in variis regionibus orbis terrarum decrevit, ut nomen sanctæ Mariæ Faustinae (Helenæ) Kowalska, virginis, in Calendario Romano generali inscriberetur et eius memoria ad libitum quotannis die 5 mensis Octobris ab omnibus celebraretur.

Nova igitur memoria cunctis Calendariis Librisque liturgicis pro Missæ et Liturgiæ Horarum celebratione inseratur, adhibitis textibus liturgicis hoc decreto adnexis, cura Cœtuum Episcoporum vertendis, approbandis et post huius Dicasterii confirmationem edendis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 18 mensis Maii 2020.

Robertus Card. Sarah

Præfectus

X Arturus Roche

Archiepiscopus a Secretis

[00639-LA.01] [Testo originale: Latino]

Traduzione in lingua italiana

CONGREGAZIONE PER IL CULTO DIVINO E LA DISCIPLINA DEI SACRAMENTI

DECRETO

**Sull'iscrizione della celebrazione di santa Faustina Kowalska, vergine,
nel Calendario Romano Generale**

“Di generazione in generazione la sua misericordia per quelli che lo temono” (Lc 1,50). Quanto la Vergine Maria ha cantato nel *Magnificat* contemplando l’opera salvifica di Dio a favore di ogni generazione umana, ha trovato eco nell’esperienza spirituale di santa Faustina Kowalska che, per dono del Cielo, ha visto nel Signore Gesù Cristo il volto misericordioso del Padre e ne è divenuta annunciatrice.

Nata nel villaggio di Głogowiec, presso Łódź, in Polonia nel 1905, e morta a Cracovia nel 1938, santa Faustina

ha consumato la sua giovane esistenza tra le Suore della Beata Vergine Maria della Misericordia, conformandosi generosamente alla vocazione ricevuta da Dio e maturando un'intensa vita spirituale, ricca di doni mistici e di fedele corrispondenza ad essi. Il racconto di quanto il Signore ha operato in lei a beneficio di tutti, essa stessa lo ha descritto nel *Diario* della sua anima, santuario dell'incontro con il Signore Gesù: ascoltando Colui che è l'Amore e la Misericordia, comprese che nessuna miseria umana può misurarsi con la misericordia che sgorga inesauribile dal cuore di Cristo. Divenne perciò ispiratrice di un movimento volto a proclamare e ad implorare la misericordia divina per il mondo intero. Canonizzata nell'anno 2000 da san Giovanni Paolo II, il nome di santa Faustina è divenuto presto noto in tutto il mondo, promuovendo in tutte le componenti del popolo di Dio, Pastori e fedeli laici, l'invocazione della divina misericordia e la sua credibile testimonianza nella condotta di vita dei credenti.

Pertanto il Sommo Pontefice Francesco, accogliendo le petizioni e i desideri di Pastori, di religiose e religiosi, come di associazioni di fedeli, considerato l'influsso esercitato dalla spiritualità di santa Faustina in diverse regioni del mondo, ha disposto che il nome di santa Maria Faustina (Elena) Kowalska, vergine, sia iscritto nel Calendario Romano Generale e la sua memoria facoltativa sia celebrata da tutti il 5 ottobre.

Questa nuova memoria sia inserita in tutti i Calendari e Libri liturgici per la celebrazione della Messa e della Liturgia delle Ore, adottando i testi liturgici allegati al presente decreto che devono essere tradotti, approvati e, dopo la conferma di questo Dicastero, pubblicati a cura delle Conferenze Episcopali.

Nonostante qualsiasi cosa in contrario.

Dalla sede della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti, 18 maggio 2020.

Robert Card. Sarah

Prefetto

X Arthur Roche

Arcivescovo Segretario

[00639-IT.01] [Testo originale: Latino]

Traduzione in lingua francese

CONGRÉGATION POUR LE CULTE DIVIN ET LA DISCIPLINE DES SACREMENTS

DÉCRET

**d'inscription de la célébration de sainte Faustine Kowalska, vierge,
dans le Calendrier Romain Général**

"Sa miséricorde s'étend d'âge en âge sur ceux qui le craignent" (Lc 1,50). Ce que la Vierge Marie a chanté dans le *Magnificat* contemplant l'œuvre salvifique de Dieu en faveur de chaque génération humaine, a trouvé un écho dans l'expérience spirituelle de sainte Faustine Kowalska qui, par un don du Ciel, a vu dans le Seigneur Jésus-Christ le visage miséricordieux du Père et elle en est devenue l'annonciatrice.

Née dans le village de Głogowiec, près de Łódź, Pologne, en 1905, et morte à Cracovie en 1938, Sainte Faustine a consommé sa jeune existence parmi les Sœurs de Notre-Dame de la Miséricorde, se conformant généreusement à la vocation reçue de Dieu et mûrissant une vie spirituelle intense, pleine de dons mystiques et en correspondance fidèle à ceux-ci. Le récit de ce que le Seigneur a fait en elle pour le bien de tous, elle-même l'a décrit dans le *Journal* de son âme, sanctuaire de la rencontre avec le Seigneur Jésus: à l'écoute de Celui qui

est Amour et Miséricorde, elle a compris qu'aucune misère humaine peut se mesurer avec la miséricorde qui coule inépuisable du cœur du Christ. Elle est donc devenue l'inspiratrice d'un mouvement visant à proclamer et à implorer la miséricorde divine pour le monde entier. Canonisée en l'an 2000 par saint Jean Paul II, le nom de sainte Faustine s'est répandu rapidement dans le monde entier, promouvant dans toutes les composantes du peuple de Dieu, Pasteurs et fidèles laïcs, l'invocation de la miséricorde divine et son témoignage rendu crédible par le mode de vie des croyants.

C'est pourquoi le Souverain Pontife François, accueillant les pétitions et les vœux des Pasteurs, des religieux et religieuses, ainsi que des associations de fidèles, considérant l'influence exercée par la spiritualité de sainte Faustine dans différentes régions du monde, a ordonné que le nom de sainte Marie Faustine (Elena) Kowalska, vierge, soit inscrit au Calendrier Romain Général et sa mémoire facultative soit célébrée par tous le 5 octobre.

Cette nouvelle mémoire doit être inscrite dans tous les Calendriers et Livres liturgiques pour la célébration de la Messe et de la Liturgie des Heures, en adoptant les textes liturgiques joints à ce décret qui doivent être traduits, approuvés et, après la confirmation de ce Dicastère, publiés par les Conférences épiscopales.

Nonobstant toute disposition contraire.

De la Congrégation pour le Culte Divin et la Discipline des Sacrements, le 18 mai 2020.

Robert Card. Sarah

Préfet

X Arthur Roche

Archevêque Secrétaire

[00639-FR.01] [Texte original: Latin]

Traduzione in lingua inglese

CONGREGATION FOR DIVINE WORSHIP AND THE DISCIPLINE OF THE SACRAMENTS

DECREE

on the inscription of the celebration of Saint Faustina Kowalska, virgin, in the General Roman Calendar

“His mercy is for those who fear him from generation to generation” (*Lk* 1: 50). What the Virgin Mary sang in the *Magnificat*, contemplating the salvific work of God in favour of every human generation, found an echo in the spiritual encounters of Saint Faustina Kowalska who, through a heavenly gift, saw in the Lord Jesus Christ the merciful face of the Father and became its herald.

Born in the village of Głogowiec, near Łódź, in Poland in 1905, and dying in Krakow in 1938, Saint Faustina spent her short life amongst the Sisters of Our Lady of Mercy, generously conforming herself to the vocation she received from God and developing an intense spiritual life, rich in spiritual gifts and in faithful harmony with them. In the *Diary* of her soul, the sanctuary of her encounter with the Lord Jesus, she herself recounts what the Lord worked in her for the benefit of all: listening to Him who is Love and Mercy she understood that no human wretchedness could measure itself against the mercy which ceaselessly pours from the heart of Christ. Thus she became the inspiration for a movement dedicated to proclaiming and imploring Divine Mercy throughout the whole world. Canonized in the year 2000 by Saint John Paul II, the name of Faustina quickly became known around the world, thereby promoting in all the parts of the People of God, Pastors and lay faithful alike, the

invocation of Divine Mercy and its credible witness in the conduct of the lives of believers.

Therefore the Supreme Pontiff Francis, accepting the petitions and wishes of Pastors, religious women and men, as well as associations of the faithful and having considered the influence exercised by the spirituality of Saint Faustina in different parts of the world, has decreed that the name of Saint Maria Faustina (Helena) Kowalska, virgin, be inscribed in the General Roman Calendar and that her optional memorial be celebrated by all on 5 October.

This new memorial shall be inserted into all the Calendars and liturgical books for the celebration of the Mass and the Liturgy of the Hours, adopting the liturgical texts attached to this decree which must be translated, approved and, after confirmation by this Dicastery, published by the Episcopal Conferences.

Anything to the contrary notwithstanding.

From the Congregation for Divine Worship and the Discipline of the Sacraments, 18 May 2020.

Robert Card. Sarah

Prefect

X Arthur Roche

Archbishop Secretary

[00639-EN.01] [Original text: Latin]

Traduzione in lingua spagnola

CONGREGACIÓN PARA EL CULTO DIVINO Y LA DISCIPLINA DE LOS SACRAMENTOS

DECRETO

Sobre la inscripción de la celebración de santa Faustina Kowalska, virgen, en el Calendario Romano General

«Su misericordia llega a sus fieles de generación en generación» (Lc 1, 50). Lo que la Virgen María cantó en el *Magnificat* contemplando la obra salvífica de Dios en favor del género humano, ha resonado en la experiencia espiritual de santa Faustina Kowalska quien, por gracia del cielo, vio en el Señor Jesucristo el rostro misericordioso del Padre y se convirtió en su anunciadora.

Nacida en Głogowiec, cerca de la ciudad de Łódź (Polonia) en 1905 y fallecida en Cracovia en 1938, santa Faustina entregó su joven existencia en las Hermanas de la bienaventurada Virgen María de la Misericordia, conformándose generosamente a la vocación recibida de Dios y a una intensa vida espiritual, rica de dones místicos y de fiel correspondencia a los mismos. El relato de cuanto el Señor ha obrado en ella para beneficio de todos, lo ha descrito ella misma en el *Diario* de su alma, santuario del encuentro con el Señor Jesús: escuchando a Aquél que es Amor y Misericordia, entendió que ninguna miseria humana puede medirse con la inagotable misericordia que brota del corazón de Cristo. Se convirtió, por tanto, en la inspiradora de un movimiento destinado a proclamar e implorar la divina misericordia por todo el mundo. Canonizada en el año 2000 por san Juan Pablo II, el nombre de santa Faustina pronto fue conocido en el mundo entero, promoviendo en todos los miembros del pueblo de Dios, Pastores y fieles laicos, la invocación de la Divina Misericordia y su testimonio auténtico en la vida de los creyentes.

Por tanto, el Sumo Pontífice Francisco, acogiendo las peticiones y los deseos tanto de Pastores, religiosas y

religiosos, como de asociaciones de fieles, y considerando la influencia ejercida por la espiritualidad de santa Faustina en numerosas regiones del mundo, ha dispuesto que el nombre de santa María Faustina (Elena) Kowalska, virgen, sea inscrito en el Calendario Romano General y su memoria libre sea celebrada por todos el día 5 de octubre.

Esta nueva memoria sea incluida en todos los Calendarios y Libros litúrgicos para la celebración de la Misa y la Liturgia de las Horas, haciendo uso de los textos litúrgicos adjuntos a este decreto que las Conferencias de Obispos deben traducir, aprobar y, tras la confirmación de este Dicasterio, publicar.

Sin que obste nada en contrario.

En la sede de la Congregación para el Culto Divino y la Disciplina de los Sacramentos, a 18 de mayo de 2020.

Robert Card. Sarah

Prefecto

X Arthur Roche

Arzobispo Secretario

[00639-ES.01] [Texto original: Latino]

“Memoria ad libitum” di santa Faustina Kowalska, vergine, nel Libro del Rito Romano

Adnexus decreto diei 18 maii 2020

**Additiones in Libris liturgicis Ritus Romani
de memoria ad libitum sanctæ Faustinae Kowalska, virginis**

IN CALENDARIUM ROMANUM GENERALEM

OCTOBER

5 *S. Faustinae Kowalska, virginis*

IN MISSALE ROMANUM

Die 5 octobris

S. Faustinae Kowalska, virginis

De Communi virginum: pro una virgine vel de Communi sanctorum: pro religiosis.

Collecta

Deus, qui sanctæ Faustinae munus tribuisti

immensas tuæ infinitæ misericordiæ divitias diffundendi,

ipsa intercedente nobis concède,
 ut eius exémplo de tua bonitáte plene confidere
 atque caritátis ópera generóse perficere valeámus.

Per Dóminum.

IN ORDINEM LECTIONUM MISSÆ

Die 5 octobris

651a S. Faustínæ Kowalska, virginis

De Communi virginum vel sanctarum.

Lectio I **Eph 3**, 14-19, n. 740, 7.

Ps. resp. **Ps 102 (103)**, 1-2. 3-4. 8-9. 13-14. 17-18a, n. 739, 6.

Alleluia **Mt 11**, 28, n. 741, 5.

Evang. **Mt 11**, 25-30, n. 742, 4.

IN LITURGIAM HORARUM

Die 5 octobris

S. FAUSTINÆ KOWALSKA, VIRGINIS

Nata anno 1905 in Glogowiec, in Polonia, brevem vitam suam Christo dicavit in Congregatione Sororum Beatæ Mariæ Virginis a Misericordia. Vocationem accipiens nuntiandi misericordem Dei amorem, in *Diario* animæ testimonium reliquit mysticæ suæ experientiæ et opus suscitavit ad Divinam Misericordiam in toto orbe terrarum nuntiandam et implorandam. Obiit Cracoviæ anno 1938.

De Communi virginum vel de Communi sanctarum: pro religiosis, præter sequentia:

Ad Officium lectionis

LECTIO ALTERA

Ex homilía sancti Ioánnis Pauli II papæ

(Acta Apostolicæ Sedis 92 [2000] 671-672).

Misericordiæ Christi nuntius

Máximo re vera hódie gáudio affícimur, cum vitam et testimónium Soróris Faustínæ Kowalska toti Ecclésiæ ut donum Divínium nostris tempóribus datum osténdimus. Nutu Divínæ Providéntiæ vita illíus húmilis fíliæ in terra Polóna natæ cum história sæculi vicésimi, quod nuper prætériit, omníno coniúcta erat. Christus enim annis

inter primum et secundum bellum mundanum misericordiae Suae nuntium ei commisit. Qui memoria tenet, qui testis ac particeps fuit eventuum illorum annorum horribiliumque dolorum, quibus homines innumerabiles sunt affecti, bene novit, quam necessaria fuerit Misericordiae Divinae annuntiatio.

Iesus Sorori Faustinae dixit: «Homines nullam quietem invenient, donec ad misericordiam meam cum fiducia vertantur» (*Diarium*, p. 132). Per religiosam Polonam hic nuntius Misericordiae Divinae cum saeculo vicesimo in perpetuum coniunctus est, quod saeculum claudit secundum millennium et tertio millennio viam aperit. Qui nuntius novus non est, sed donum praecipuae illuminationis haberi potest, quae iuvat nos Evangelium Paschae subtilius amplecti, ut illud sicut radium lucis hominibus nostrae aetatis feramus.

Quid nobis anni advenientes afferent? Quod fiet futurum hominis in terra? Id scire non datur. Certum est tamen quod praeter nova prospera non deerunt pro dolor etiam experientiae dolorosae. At lumen Misericordiae Divinae, quod per charisma Sororis Faustinae Deus mundo tamquam denuo committere voluit, humanas vias tertio millennio illuminabit.

Necesse est tamen, ut homines – sicut olim apostoli – recipiant hodie in cenaculo historiae Christum resuscitatum, qui post crucifixionem vulnera ostendit repetitque: *Pax vobis!* Necesse est, ut homines se a Spiritu Sancto, quem Christus post resurrectionem dat eis, occupari atque pervadi concedant. Spiritus enim vulnera cordis curat, muros diruit, qui nos a Deo et invicem ab altero dividunt, efficitque, ut amore Patris et simul unitate fraterna iterum gaudere possimus.

Christus docuit nos «hominem non solum misericordiam Dei ipsius experiri et consequi, sed etiam vocatum esse, ut ipse aliis “misericordem se praebere”: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* (Mt 5, 7)» (*Dives in misericordia*, 14). Iesus ostendit nobis multifarias vias misericordiae, quae non solum peccata remittit, sed omnibus necessitatibus humanis obviam it. Iesus se inclinavit in omnem miseriam humanam, materialem et spiritualem.

Nuntius misericordiae Christi pervenit ad nos continuo in gestu manuum Eius, quas ad hominem dolentem tendit. Talem Christum vidit talemque hominibus omnium continentium praedicavit Soror Faustina, quae cum Cracoviae in monasterio suo Lagievnicensi lateret, vitam suam fecit hymnum in honorem misericordiae: *Misericordias Domini in aeternum cantabo* (Ps 89 [88], 2).

RESPONSORIUM

Ps 88 (89), 2; 102 (103), 8

R/. Misericordias Domini in aeternum cantabo, * in generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

V/. Miserator et misericors Dominus, longanimis et multae misericordiae. * In generationem.

Oratio

Deus, qui sanctae Faustinae munus tribuisti immensas tuae infinitae misericordiae divitias diffundendi, ipsa intercedente nobis concede, ut eius exemplo de tua bonitate plene confidere atque caritatis opera generose perficere valeamus. Per Dominum.

[00640-LA.01] [Testo originale: Latino]

[B0287-XX.01]